SVM ROS empyrei, pocula grata *SITI*.

MORS INIVSTI.

Anagram.

OS NIMIS VRIT.

Distichon.

Quid *MORS INIVSTO* præparat? Nunc intus ad *VRIT*
OS cordis; *NIMIS* hinc, Vret & exteriùs.

Quid est----- *VANITAS*? 441. *ARCHIASINITAS*. 441.
Et------ *VANVS*. 531. *ARCHIASINVS*. 531.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

De Immaculata Virginis Conceptione.

AVE MARIA, GRATIA PLENA, DOMINVS TECVM.

Distichon, cuius Pentametrum anagrammat. est D. Balthassaris Cappello viri eruditissimi, cui Hexametrum anagramm. superaddidi.

SOLA E' VITE ADAM MAGNA TV CRIMINE PVRA
VIRGO, ET DIVA PARENS IMMACVLATA MANE.

AVE MARIA, GRATIA PLENA, DOMINVS TECVM, BENEDICTA TV ES IN MVLIERIBVS.

Distichon, & Anagramma.

SI LVMBIS ADAMI MANAT ORIGINE PVRè; (VT VERè EST) VNI DEBITA NEC MACVLA.

MV-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

MVLIER AMICTA SOLE, ET LVNA SVB PEDIBVS EIVS; ET IN CAPITE EIVS CORONA STELLARVM. *Apoc.*

Distichon, & Anagramma.

SVB NVLLIS MACVLIS MARIA EVAE DEBVIT ESSE,
O VIM! O, SERPENTI CONTERET ILLA CAPVT.

SALVE REGINA MATER MISERICORDIAE, VITA DVLCEDO, ET SPES NOSTRA SALVE MARIA.

Distichon, & Anagramma.

DVM VIRGO MITIS SERPENTEM ILLAESA NECASTI;
ARET RE VERA CAVSA DOLORIS ADAE.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Cadauer humanum in Mutinensi olim platea expositum, solis consistens ossibus filis quibusdam arte colligatis, circumforaneus veluti, suas merces venditans, à me affingitur.

Siste Viator, Adi, vitalia pharmaca vendo;
Qui mortis speciem mentior; haud paueas.
Sum rudibus spectrum, speculum prudentibus adsum,
Si lingua careo, nulla vel ipsa loquax.
Pharmaca perquiris? puluis meus iste medelam
Aegrotis affert mentibus, atque beat.
Hic oculos tetra scelerum caligine pressos
Clarificat, reddens auribus ipse sonum.
Hic stomachi prauos humores purgat (Amores)
Et gustum reparat; quo bona sola petat.
Hic auri dirum, gemmarum exsiccat hydropem,
Hic reprimit fastu turgida colla, caput.
Hic laxum stringit luxum, soluitque chiragram;
Quò miseros æris pondere dextra leuet.
Hic flauam linit circa præcordia bilim;
Inuidiam pellit, gaudia conciliat.
Hic nouit curare; (noua est medicina) podagram;
Ad iusta vt valeant, currere facta pedes.
Quid plura? Hic puluis cunctis languoribus vnus
Præualet. Accipito, si cupis; ecce tibi.
Hanc mihi mercedem solues pro mercibus aptam;
Enixas pro me ad sidera prome preces.

De

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

DE ANIMA IVSTI,
Arca Domini dicta.

Exaſtichon Anagram.

ARCA (manus arcens) patetei, qui poſſidet vni;
CARA fluens auro, ſed ſatis ACRA vacans.
ARCA Dei eſt Anima, ipſi namque illabitur vnus,
CARA, ſi amore calens, ACRA, ſi amore carens.
Nec mirum; ſi vbi amat potius vitalis origo eſt:
Prodita per numeros ſunt ANIMA hinc, & AMO.
81. 81.

Ne quæſo errori tribuatur particula *ACRA*; Vetuſtus enim Calepini codex vtroque modo hoc vocabulum vſurpat Acer, acra, acrum, & Acer, acris, acre.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Quidam ſcribendi Præceptor Exemplare ſuum ante ianuam ſuæ ſcholæ expoſuit, dum illac proceſſio Sanctiſſimi Corporis Chriſti pertranſiret.

Epigramm.

Artem ſi Scriptor charta hac concluſit in arcta;
Sic & Amoris Amor Panis in Orbiculo.
Linea multiplici ductu benè flexa priorem
Indicat: Hanc ſacro puncta cruore notant.
Vtraque ſcripturis firmatur; at exprimit inde
Charta characteres; Hoſtia ſacra notas.
Diſcere quiſque cupit, pennas ſibi comparet aptas,
Ars eget hæc pennis mentis, & illa manus.

De Nominibus Marthæ, & Mariæ, quæ differunt per T, & I.

Epigramma.

Religione pares *MARIA* hinc, *MARTHA* inde ſorores,
Sed per T, I, variant nomina, itemque modum.
Stipite conueniunt I, T; quod brachia pandens;
Dat Martham; I, ſurſum fertur, & en Mariam.

De

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

DE PACE.

Decaſtichon.

Vox quæ Vnum, Trinumque Deum magis exprimit,
eſt PAX.
Hoc eius pandit littera, vel numerus.
Littera Trina notat Trinum; Vox vna reſultans,
Vnum. Vis vltra myſtica noſſe? tene.
P. Patrem; X. Chriſtum; A. vtriuſque reportat Amorem.
(Hæc non occidit littera, viuificat.)
Ex numeris; Ter viginti nota Prima reponit,
Vltima Tercentum; A Principium numeri eſt.
Ergo Deum quærens Vnum, Trinumque, ſequare
Sedulus, & ſtudeas Pacis inire viam.

In celebratione primæ Miſſæ P. D. Michaelis
à Panormo Caſinenſis.

Epigramma.

Luciferum quondam Michael detrudit in Orcum;
Dum malè, dum mendax vt Deus ille petit.
At modò quid Michael Michaeli ſacra litanti;
Dum benè, dum verax, vt Deus iſte patet?

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

DE RERVM, ET VOCABVLORVM fallacia.

Vocibus, & rebus fallacia cuncta probantur
Vocibus; attende hæc; Argue plura simul
Luciferi pollet tenebrarum nomine Princeps
Sic Mundi Immundus, sic inimica caro.
Funera bella vocant horrenda; est Bellua Monstrum,
Et Bellæ Veneres, quæ iugulant animas
Certamen dictum quo nil incertius vnquam.
Non olet, at putet, quod patet esse oleum,
Forsitan ille Nothus, cuius nescitur origo
Sæuum, quod liniens mitia cuncta facit,
Mitigat, haud torret feruentia corpora Torrens
Non crepat ex imis, ore cachinnus abit,
Infima sunt minimè loca, sed suprema Cacumen
Cantharus ad potum, Cacabus olla cibi est.
Latrones pulsans canis est vox dicta latratus,
Mors tristis lethum, Malaque fructus erunt,
Passuè signatur Amor, qui incendit, & ardet
Actiua incensus voce notatur Amo,
Hæc nil, ni Virtus Virus, Vitiumque putetur
Vitis; at his quæso numquid amarus Amor?

De

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

De Auri ſacra fame intereſſe vocabulo cohoneſtata.

Epigramma.

Grata fames Auri; O! cunctis mortalibus vna
Tu rerum varijs INTERES ordinibus.
Interes, & regnas humanis cordibus, arctans
Viſcera, & ora, manus, corpora nuda Virum.
Interes aut Belli, aut Pacis ſtent iura neceſſe.
Interes Imperijs, Interes & famulis.
Interes atque foro, indulgens, vel crimina damnans.
Interes & ſchedulis, in qnibus acta notant.
Interes Artificum ſtudijs, operumque labori.
Interes Ægrotis, Interes & Medicis.
Interes exilio, quod Vir pro mercibus optat.
Interes hoſpitio, Interes Hoſpitibus.
Interes agrorum culturæ, hinc ſemina ſpargens,
Hinc vites reſecans, Interes Aucupio.
Interes armenti curę, pecoriſque fouendi.
Interes & Nautæ retibus, & ratibus.
Interes; at ſatis hic. Taceo, ne forſan aberrem,
Iuſta ferendo. Sat eſt, omnibus, at moneo.
INTERSVM, (reor) arridet pro nomine verbum;
Auri quò lateat nomen, & inde rubor.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Sopra il costume d'hoggidì interessato.

Stanza Anagrammatica.

OGGI L'ORO è OROLOGIO, che misura
L'Ora, co' li suoi gradi, e suoi minuti;
L'ARGENTO GRATO N'è, & OGN'ARTE oscura.
Le Gemme più non gemono i rifiuti.
Giù stò mi grida il GIVSTO, & hà paura,
IL DENARO OR NE Dà i beni douuti,
O REGINA RAGIONE oppressa, e vile,
O ARGINE distrutto! O crudo stile!

Sopra il medesimo soggetto.

Qual caso costruisce hoggi le doti
Per auanzarsi l'huomo à qualche nota?
Il Sol DATIVO, perche Sol Dà VOTI,
Sol si vanta io Dò VITA, ei sol VI DOTA,
Il RETTO hà le man ROTTE, e rotti i moti,
L'opra degl'altri casi anche è remota,
Potrebbe il RETTO, ma per le vie TORTE
Del caso, che non MERTO, ma dà MORTE.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Sopra l'istesso.

O tù, che coniungando e virtù, e merti
Penzi auanzarti al modo Imperatiuo;
T'inganni, credi à me, credi à gl'esperti;
A pena han quegli hormai l'Indicatiuo.
Coniungan altri argento, oro, e son certi;
D'ottener l'Infinito co'l Datiuo,
Preterito, e Futuro oggi val niente;
Tutta, tutta la forza hà il sol Presente.

Canzona Siciliana sopra l'istesso.

Cui si voli auanzari hoij à lu là,
Mbatula pò cantari Re fa mi,
Nè occurri diri, ch'iddu Fa, Fa, Fa;
Pirchi lu stili d'hoij nun è cussì.
Nun giova curtiggiari, cà si sà,
Dari la bona sira, e lu bondì.
Nè importa, s'vnu nd'è, chi si nu ndà,
Sempri starrà a lu ndò senza lu ndi.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

De eadem Re Epigramma.

Incipit à Recto; (à Certo declinat, & errat)
Nomina declinans ordine Grammaticus:
Nam Genitiuus ei presto est cognomine Cuius;
Hic meritò sistens, anne Datiuus erit?
Flectit ab Obliquo sibi nomen Practicus, vt sic
Rectum per varios comparet arte gradus;
Ablatiuus enim debetur in ordine primus,
A quo uis omnis; littera prima petit.
Prodigus & grata succedit fronte Datiuus,
Cui vel Magnatum condita vota patent;
A, D; coniunctim declinant denique rectum.
AD quæ non valeant Aufero, Dono simul?

Super Idem Distichon anagramm.

Non *IVRE*, at *RE VI* fiunt sub nomine *VERI*;
Omnia; sunt *AVRI*: *IVRA* probata modò.

Sopra l'istesso.

IVS hodie in mundo feruet, iure omnia fiunt.
Sat verum, ipsa tamen iuscula iura notes.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

MVNERA'
NVMERA.
EN RVAM.
HEM VRNA.

Distichon.

Quid NVMERA' innumera esse MANV, RE MVNERA debent.
HEM sunt VRNA trahens, EN violenta, RVAM.

Son SERPENTI i PRESENTI al cuor'humano.
MVRęNA, ęRVMNA hinc MVNERA cordis erũt.

Per legare, e ottenere il DONO è NODO.
Qui DONVM MVNDO proferet, ille feret.
RIGALI dugna, cui voli LIGARI.

Vndique vel celsi Gratis traduntur honores,
Vndique & Ingratis dura manent onera.

A gl'huomini eruditi hor tutti danno
Vn'encomio moderno SANNO, S'HANNO.

L'HVO-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

358 358

L'HVOMO è BVGIARDO, e benche amico sia
Toccandogli INTERESSI, SI RISENTE.
Il NEMICO MI NOCE in cortesia,
Se DORME, MORDE, e auuelenato hà il dente;
MACHINA, se CAMINA ad ogni via;
E se VEGLIA, VI LEGA strettamente.
VITREA VERITà corre hoggi, e fede:
La FALSITà STAFFILA à chi non cede.

De Mutuatione Epigramma.

A verbo Præsto italico procul exul abesto;
Da potius gratis, quæ tibi multa satis.
(Mutuo) vox Præsto italicè; at do Præsto latinè;
Hinc Præstare, dare est; vsus ita inualuit.
Præstat item, hoc est mutuat; & citò restituenda,
Quæ nunquam Præstò sæpiùs ipsa forent.
Hoc tandem teneat verbum quicunque probatum.
Qui tumulare velit, MVTVET, vt TVMVLET.

EX-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

EXHORTATIO AD DIVITEM.

O DIVES, si mente VIDES, anagrammate abundans
Impedit I, nomen, ne DEVS adsit. Habe.
Quod superesse tibi, noscis, largire misellis:
Et DEVS alter eris participatus homo.

De Diuitijs malè acquisitis.
Dist. Anagram.

DIVITIÆ, quas DE VITIIS acquirit iniquus,
Longè sint; ad eas currite, & ITE AVIDI.

De Humana Instabilitate.
Dist. Anagram.

Dum veluti MONOSAL SALOMON euanuit, errans;
Quid si TERRA ERRAT paruulus alter homo?

Sopra li Predicatori.
Distico volgare latino anagram.

Alle PAROLE L'OPERA risponda,
Nam MORES SERMO est ad lucra proficuus.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

TERRA TERAR dicit; ſed CÆLVM LVCEAM in Orbe.
EMPYREVM PREME VIM, qui prece vis rapere.

Del Sonno.

Se ru chiedi degl'huomini, che ſanno,
SAN? Nò, ti ſi riſponde, e pure Sanno.
Che merauiglia, che chiedendo al SONNO
Sai tù? NON Sò riſponda; al fin'è SONNO.

De Curia Mundana, & Diuina.
Diſt. Anagramm.

CVRIA MVNDANA extat CVRVA IM DAMNA neceſsè,
Non ſic recta DEI CVRIA VERIDICA.

Se Corteſe ſi moſtra à prima faccia
La CORTE, TORCE il viſo poi, e ti ſcaccia.

CORTESE è il Cor, ſe CERTO, e fido ſia;
E STERCO, e nulla và, SE TORCE via.

Vien

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Vien MENO il NOME, anchorche sia de' Numi,
Se non si fà costare co i costumi.

De Lucro causa discordiarum inter Fratces.

Distichon Anagramm.

CVR LIS in vobis? LVCRIS sunt prælia nobis.
Desint LVCRA VIRO; CVRAque, LIVOR abest.

De Vita præsenti.

Exastichon.

Est VIA, non VITA hæc; ideò tibi manca probatur,
Dissona; nam desunt Consona vera viæ.
Terminus vt primum veniat, tunc Vita resultat
Consona per T. (hæc Crux) termino & ipsa carens.
Si vis, Vita tibi Via sit, Crucis accipe formam;
Et simul hic viuens iure VIATOR eris.

Dissona; nam VIA caret vera consonante; V, siquidem
stat loco consonantis.

SO-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

SOPRA LI QVATTRO NOVISSIMI.

Al ſol nome di MORTE io TREMO, e Temo;
Nam MORTI rectè congruit ipſe TIMOR.
Componit Mores benè Mors, extinguit Amores,
Atque Moras rumpit, Vox ſine voce ſonans.

Parla di ſe ſteſſo.

GIVDITIO VNIVERSALE io premio i Giuſti,
E à voi cattiVI RENDO A VILE I GVSTI.

Del medeſimo.

GIVSTO, E NVDO A REI VILI i corpi incende
Con fiamme vltrici; A I VIVI IL GVSTO RENDE

L'INFERNO IN FRENO tien l'alme NE' FORNI;
S' entri colà, non più giamai ritorni.

IL PARADISO al Giuſto, acciò ne goda,
POSA DIRà dall'onde in RIPA SODA.

AD-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Adueniente Medico assurgunt quotquot sunt in Aegroti cella disputantes inter se de curatione, & dicunt

Dist. Anagramm.

CEDIMVS, en MEDICVS: respondet CAEDIMVS & nos.

DICEMVS modò, DIC SVME, quod est Recipe;

De humanis motibus Distich. Anagr.

Prater rem MOTVS? MVSTO tu adscribe vetusto;
Sin minus, VT MOS est; omnia mota mouent.

Quam gratus Deo sit status humilis Religiosi; regulariter intellige.

Distichon.

422. 274. 96. 343

Quid Christo est Monachus, Prior, Abbas, atq; Decanus.
Ex numeris pensa, Dignior Inferior.

Exhortatio ad Christi famulatum.

Dist. anagram.

Dum tibi sunt VIRES, SERVI, da munera Christo.
Pectoris es GELIDI? DILIGE, & ignis eris.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Quid sit MONASTERIVM.
Dist. auagram.
O INSVM MATER; MERITO MANVS; OMNIA SERTVM;
ImMINVO MARTES; NVTRIAM amore MEOS

Quod si fuerit Diui Martini de Scalis Pan.
O HEM MARTINVS; MONTIVM & ARCTA SERA.

Quegli del Cielo aperte haurà le porte,
Che starà in MONASTERIO SINO A MORTE.

La CELLA è CALLE al ciel aspro, e sicuro,
PAZZIA è la PIAZZA, e'in giù porta allo scuro.

D'vn Monaco à bastanza il senso lacera
La CAMERA soligna, che lo MACERA.

Tem-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Tempore S.Ioan.Gualberti vigebat in Etruria Labes Simoniaca. Hic itaque Sanctus effingitur interrogans Ecclesiasticos.

Dist.anagram.
An vestrum quisquam est SIMON? respondeat OMNIS.
Quid SIMON? SOMNI. Mors ita iure SIMON.

Vn Religioso, che s'alza da letto, dice

Giàche in vece di LETTO io prouo LOTTE,
RETTO starò, per non hauer le ROTTE.

Quandoquidem ad LECTVM LVCTEM cum mente necesse est.
RECTVS certamen CERTVS inibo Dei.
LVCTAM cum MVLCTA confero, victor ero.

A forza ogni Nocchiero in MARE REMA;
Dell'ARME altrui si guarda, e della REMA.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Sopra S. Lorenzo Martire, Madrigale. Del Padre D. Ignatio Galeano Decano Casinese.

Pietro, & Andrea per Cristo,
Per far breue il martiro,
In vna Croce sol'ambi moriro;
Ma Lorenzo più forte
Nella sua inuitta morte,
Per far' i suoi dolor' più lunghi, e atroci,
D'vna cratella sol'arma più Croci.

Ad huius instar subiungo. Epigramma.

Petrus, & Andreas pro Christo tortus in vna
Est Cruce vterque senex ad breue supplicium.
Fortior at iuuenis gaudet Laurentius vna
Crate diu plures tostus, habere Cruces.

Super illud Euangelij de Decem Virginibus habentibus lampades suas.

Distichon.

LAMPAS alit PALMAS, operum si accensa liquore.
PLASMA Dei est, curans lumine PLASMA Dei.

De-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Decastichon anagrammaticum per modum Echo inter Christum & hominem.

Reddere, si grates Iesu tibi seruulus optet,
Quodnam sermonis *THEMA* erit? istud *AMET*.
A vitijs profugus Sathanę de iure rebellans,
Ad te Vir tutè qui *MEAT* aptus; *AMET*.
Qui tira, qui superum cupiat consortia Patrum,
Empyrei sedes vnde *EMAT*? vnde & *AMET*.
Quæ tandem nobis deuictis hostibus adsit
Post cursum stadij *META* laboris? *AMET*.
Ergo Means ad te, vel emens tua gaudia Christe,
Est Amor ei Thema, Meta laboris Amor.

Vn'altro Echo sopra li Nomi Santissimi di Gesù, Maria.

Risuona Echo amoroso entro al mio cuore;
Inuocando qual'hor *GESù*, ò *MARIA*;
GESù, *GESù* dich'io; risponde Amore
In latin', *SVGE*, *SVGE*: oh' melodia!
Se poi dice *MARIA*, *MARIA* il mio ardore;
RIAMA egli risponde, oh' che armonia!
Succhia dunque, e riama in tutte l'hore
Con dir *GESV*, *MARIA*, cuor', alma mia.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

DE DEO AMANTE.
Decastichon.

Qui vulgò Diamante, Adamas lapis ipse latinè est,
Præstans duritie, candidus, atque nitens.
Durus nonnè Adamas olim Deus asper, & vltor?
Vt Deus, ac Adamas nonne & Adamus erat?
Sed dum virgineis vulgari schemate claustris
Participat carnem, fit Diamante Adamans.
Quid miraris homo, Deus hic quod amore liquescat:
Sanguine si proprio spargitur Agniculus?
Cur & non Adamans conuerso V. noster Adamus,
Quò sine fraude sciens, fiat amore Deus?

Vn'anima, che virilmente resiste alla tentatione dice.

Il DIAVOLO DIA. VOLO giù all'Inferno,
HAVER NOn può il mio cor ombra d'AVERNO.

De Probatione nouiter venientium ad connersionem iuxta Regulam SS. Patris Benedicti.

Epigramma.

Probra probant hominem (Benedicti lege probatur;)
Atque probum faciunt, claustra probare proba.
Improbus anne probus fiat, cum probra recedunt?
Vel qui in probra ferat probra, probando probra?

De

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

De modo tenendo in Religione.
Epigram. Decasticon.

Quisque modum breuiter, cupies, addiscere vitæ;
Quo placeas Christo, quo tibi, quo socijs.
Debita vota Deo soluens, Noctuque, Diuque
Psalle, Ora, & Pensa quid fuit, est, & erit.
Regula, quæ sanctè statuit præcepta capesse.
Attende ad minima, vt maxima perficias.
Extremum fugito callem, mediumque sequare.
In dubijs Patrem consule, crede Patri.
Omnia, si lubet, hæc vno perstringere verbo:
In cella esto silens; omnia cella docet.

De Monacho. Exastichon.

Væ Monacho, sanctum, fugienti hoc tempore cantum;
Nunc CHORVS ORCVS ei est, Orcus eritq; Chorus.
O Felix Monachus, qui nocte, dieque libenter
Sanctorum Sancto concinit ore modos.
Cantus ei, risus; posthac erit & Paradisus.
Si canis, (esto) canes; sin minus esto Canis.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

De Anima Iusti, quæ iuxta Diuum Gregorium cœlum dicitur.

Epigramm.

Iusti Anima est Cœlum, nam sedes Numinis extat.
Sidera Virtutes Cœli honor, atque decor.
Sol Amor ipse Dei, reliquis in lumine præstans;
Proximi Amor Luna & si minor, ei similis.
Iuppiter imperio, quo mens ratione coercet
Internos motus, carnis & illecebras.
Mercurius docto eloquio sapientia paret.
Iustitia, & gladium Martis amica refert.
Saturnusque senex tardus prudentia fiat;
Quem Venus insequitur candida (simplicitas.
In firmamento reliquæ fulgore coruscant.
O Felix, Felix Numinis iste thronus.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

De Anima Iniusti, quæ sedes est Diaboli.

Epigramma.

Improbus, Infernus; nam sedes Dœmonis extat.
Ornantes stellæ turpia sunt vitia.
Errantes
Se solum reputat, pro Sole superbia turget.
fulget.
Iustitiæ solem non uidet, unde & amet.
Deficit, ut Luna, & uarius mutatur ut ipsa:
Luminis illa sui, ac æris auarus homo.
Turpis ei Venus arridet, non candida, (Luxus.)
Hic Latro Mercurius, non nitet eloquijs.
Feruet & hic Ira in gladio fera Martis iniquo.
Fœtet adulterijs, non iuuat aura Iouis.
Inuidus atque uorans natos Saturnus in Orco est.
Quid plura? hic resident sidera tracta polo.
Væ Animæ Iniusti, superest cui cauda Draconis;
Perpes ei Ira Dei dura procella manet.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

DE VERO AMORE.

Epigramma.

Si Deus est Amor, & tali uult nomine dici;
Vt Deus est Vnus, sic erit unus Amor.
Vox AMOR ex A; O. constat uocalibus, atque,
(Mystica sunt; M; R. consona bina refert.
Rerum principium Deus est Amor; indicat Alpha,
O. Deus ipse sibi finis, Amoris Amor.
Consona, Amoris erit duplex tendentia. M. aior
Vna Deum tangit, sed minoR. ista Viros,
Ergo ubi non Amor est finis, tunc praua Cupido;
Tunc Cupidus finit, quam citò & ipse cupit.
Insuper est Amor, & glúten, quod glutinat, Vnum
Omnia; quodque Vnum corda, animosque facit.
Inter ea esse, uidens aliud, quid quæso, quid inquis?
Pix fœda est, turpans; experiare utinam.
Ergo Deum cupiens, simul omnia, nectere tecum.
(Sit procul hæc Tabes) Gluten amoris habes.

DE

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

De Peccato.

PECCATVM.

Anagram.

ACCEPTVM.

Epigramma.

ACCEPTVM, (horreo) *PECCATVM*, (nel dicere) Mũdo.
(Proh ſcelus!. Immundum corpore, corde fuge.
ACCEPTVM Carni *PECCATVM*; porrige Acetum;
Guſtet amara flagra, ut diſcat amare ſacra.
ACCEPTVM Sathanæ *PECCATVM* perpetuatum:
Sat Sathanæ, citò, ſat, perpetuare Deo.
ACCEPTVM Chriſto *PECCATVM*, dummodo triſti
Mente ſit ablatum, Præsbiteriſque datum.
Felix *PECCATVM*! pluris me reddit amatum
Chriſto; dum pallor ſit mihi, & almus Amor.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

In festo Circumcisionis Domini.

I E S V S.

Anagram.

S e V I S.

Epigramma.

In propriam SeVIS mitem sine crimine carnem?
Cur non tu Sæuos crimine cædis Auos?
In propria VEHIS ò IHESV mea crimina carne;
Cur non? tu Sæuam crimine cædis Amor.

Aliud in eodem festo.

Horrescit Medicus, Mendicis arte mederi;
Ne sibi mendici comparet arte luem.
Ne horreret Christus, Mendicis ferre salutem;
In se Mendici contulit arte luem.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

IN FESTO NATIVITAVIS DOMINI.

Quis transfretauit mare, & inuenit eam, & attulit eam. *Baruch.c.3.*

A Mari ad humanas vehitur Sapientia sedes;
A Mari & humanis induitur spolijs.
A Mari amara pati, discit, mortemque subire.
A Mari Amoris opus promere, perficere.
A Mari amore scelus tolerare, ac parcere tandem,
A Mari ad Empyreum ducere vas figuli.
A Mari init MARIA; est Mater, (Mare) gratiæ Amoris.
A Mari Amor Iesus: Finis Amari, & ei est.
A Mari, hoc est
MARIA.

PRO IMMACVLATA CONCEPTIONE.

Distichon.

A MARI init MARIA; vt quid crimen originis illi?
Non ei Natura, at gratia origo fuit.

[Natura gratiam anteuertere ansa non est]
Damascen.orat.2.de Natiuit.Virg.

Illu-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Illustrium aliquot Virorum nomina Anagrammatibus expensa.

Ad Reuer. P. D. Zenobium à Senis Casinensem Præsulem, & Generalem Præsidem æquè iustum, ac Pium.

ZENOBIVS A SENIS.

Anagram.

BENè IVSSIS ZONA.

NOBIS ES ZIANEVS.
BONIS

Epigramma.

Restringens laxos, BENè IVSSIS ZONA vocaris.
Corrigia legis corrigis; ima regens.
Ipse ZIANEVS NOBIS ES iure lapillus,
Cæruleo mulcens corda nitore pia.

De

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

De Reuerendissimo P. D. Georgio à Padua Abbate, ac totius Casinensis Congregationis Generali quondam Præside. Qui verè Georgius, quasi Terræ molem gerens monasticam, de se iure pronunciat Anagrāmaticè.

GEORGIVS A PADVA. 715.

Distichon, cuius Hexametrum ex duplici constat Anagrammat. Aritmeth. & Pentametrum ex duplici litterario.

715.
SVM SACER, AC ATLAS; FLECTO IAM SCEPTRA CASINI. 715.
GAVDEO VIRGA PAX; ADVEHO PVRA GIGAS.

Cuius autem vtilitati?

GEORGIVS GREGI SVO.

Ad

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Ad R.P.D.Sebastianum à Mediolano Abbatem Casinensem, & Visitatorem aliquando; nunc autem totius Congregationis in Romana Curia generalem Procuratorem.

SEBASTIANVS. 628.

Distichon, cuius Pentametrum ex triplici constat Anagrammate, medio quidem Aritmethico, & extremis litterarijs.

Corrigis, ac recreas Visens Moderator Amore;
IVS SAT HABENS, Auri an virga? 628.
BEANS SATIùS.

Virga vtique vel illa Hyeremiæ vigilans; vel Assueri clementiæ, & amoris argumentum.

De

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

De Serenissimo Principe Raynaldo Estensi adhuc adolescente in Philosophiæ studijs excellentis ingenij.

RAYNALDVS ESTENSIS: 1265.

Distichon, cuius Hexametrum ex duplici constat Anagrammat. Arithmet. & & litterario.

1265

ALTVS VIRTVTE, INGENIO Ardens intus is ales;
Ingenio est Cherubim; corde calens Seraphim.

Ad R.P.D. Michaelem Angelum à Neapoli Abbatem, ac Visitatorem Casinensem.

MICHAEL ANGELVS. 439.

Distichon, cuius Hexametrum ex duplici constatur Anagram. litterario, & Arithmet.

LAC AVGES IN MEL, Iã celica Amoris imago. 439.
Alis corda fouens, corde fouendus alis.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

De R. Casinensi Præsule, Montis Regalis aliquando Generali Vicario P. Don

PETRO MARIA PIAGGIA.

Distichon.

Hic MARE Virtutum; Erculis Hic. P; P. que columnæ;
Plus, Plus illa notant; vltra ego non valeo.

De R. P. Casinensi Abbate, ac Visitatore vigilantissimo, morum suauitate, & zelo Diuini cultus precipuo.

P. D. ZACHARIA FIRMATVRA.

Distichon.

Saccari habet nomen, FIRMA, & cognomina THVRA;
Hinc FIRMATVR Amans Numinis, inde Virum.

Ad

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Ad R. Adm. P. P. D. Anſelmum de Saluo Caſinenſem Priorem, doctrina, & religioſis moribus ornatiſſimum; Muſas haſce Reuer. P. Præſidis auctoritate ſua cenſura decorantem.

ANSELMVS.

Anagram.

NVM SAL ES?

Diſtichon.

Moribus ipſe tuis laxum à putredine ſaluas:
NVM SAL ES? condis carmina, & hæc Sapiens.

De Eodem Diſtichon Anagramm.

476.

Prodeat ANSELMVS, MENS LAVS, Amor omnia placat. 476.
Hinc Seraphinus Amor, inde Cherub ſapiens.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Ad Religiosissimum Præsulem Casinensem P. D. Petrum de Vecchis.

PETRVS DE VECCHIS. 562.

Distichon, cuius Hexametrum ex duplici conflatur Anagramm. Arithmet. & litter.

562.

An lapis es stans Religione? DEI CRVCE SEPTVS;
Nunc Christi claris; clauibus inde Petri.

Præsul hic fuit constans, in obseruantia Regulari tuenda; & inde Petri Cathedra dignus.

Fuit hic Præsul Casinensis, & Visitator gerens Pacis insignia; vnde de se ait.

PATER DON MAXIMVS DE BELLVNO.

Distichon, cuius Pentametrum est Anagram. litter.

Bella meum quamuis referat tibi Maxima nomen;
SVM PAX IN SVMMO; BELLA RETVNDO DEI.

De

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

De Reuer. Casinensi Præsule P. D. Seuerino ab Asculo doctrina, & morum integritate præstantissimo. Qui benè Seuerianus, non Seuerus; Præceptoris enim seueritatem Pij Patris suauitate prudenter attemperat.

SEVERINVS AB ASCVLO. 1086.

Distichon, cuius Hexametrum ex duplici constat Auagram. Litterario scilicet, & Arithmetico.

1086.

VERVS (EI SAL) AC BONVS omni applausus ab arte
Iure Seuerus Homo, Pace Serenus Amor.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

De Reuer. Domino D. Petro Philippo de Florentia Ill. Domini Oximensis Episcopi Archidiacono, virtutum splendore clarissimo.

PETRVS PHILIPPVS FLORENTIA. 1362.

Distichon, cuius Hexametrum ex duplici constat anagramm. altero aritmethico, & altero litterario.

1362

Lux viridi en Prato est; FIT ET IPSI PVRPVRA POLLENS.
Præsulis hic oculus, lux erit ipse Petri.

Viridi Prato, hoc est Episcopo, cuius oculus est Archidiaconus: cui purpuram esse conformem, ducimus.

De

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

De Reuer. P. Io. Dominico Florentia Societatis Iesu, in sacra Lauretana æde septuagenario sædulò Pœnitentiarij munus obeunte.

PATER IOANNES DOMINICVS DE FLORENTIA IESVITA.

Distichon,
Cuius Hexametrum est anagramma litter.

FLORIDVS O OPERANS NITIDè è VITÆ EMICAT ANNIS.

Flos, flans, flens pellit crimina, mella parit.

Hoc est flatu oris pellit crimina; parit autem fletu floris ad instar, mellis dulcedinem; aliena crimina deflendo.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Vir hic satis illustris Iesu verè socius de se veritimè pronunciare potest anagrammaticè.

VINCENTIVS MONCADA.

Anagramma.

IVS, DONA CVNCTA IN ME.

Distichon.

IVS, CVNCTA IN ME DONA DEI, Sapientia primas.
Mens humilis verè, Spiritus, Ingenium.

Ius, hoc est Iustitia.
Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa.

Obseruatio super dicta.

Huic Mare cor sapiens, humilis mens terra notatur,
Spiritus est Aer, Ignis, & Ingenium.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

De Reuer. P. Alonso Mugnos è Societate Iesu viro scientia, ac Relligione præcipuo.

ALONSVS MVGNOS.

Anagramma.

SOL VNVS MAGNVS.

Distichon.

VNVS hic illustrat MAGNVS SOL littora Orchi,
Ingenuus, Sapiens, Relligiosus homo.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

De R. P. D. Io. Andrea à Ferraria Abbate Casinensi virtutibus præcellente, in vocis præcipuè suauitate ad artis regulas.

PATER DOMINVS IOANNES ANDREAS DE FERRARIA.

Distichon, cuius Hexametrum est anagr. litter.

ORE VIR EN, SANANDO ANIMAS, AD SIDERA PERFERT,
Concentu mulcens consonus Angelico.

De Eodem Exastichon.

Gratia Ioannes; ANDREAS proditur ARDENS.
Mirum! conueniunt Ignis, & Vnda simul?
Ardor Amoris inest; non hic extinguitur vnda
Gratiæ; & Vnda fluens ignea corda fouet,
FERT RARA Vrbs mũdo celebris FERRARIA; quãdo
Ferrea corda calens ignea reddit aquis.

De

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

De Patre Don Petro Antonio Tornamira Decano Casinensi Monasterij Sancti Martini professo, dum historiam Casinensem conscriberet.

DOMINVS PETRVS ANTONIVS TORNAMIRA

Distichon anagramm.

SI MVNDO NATVS, MARTINI PARTVS HONORE:
PATRVM DOTEM ORNANS, VNVS IN HISTORIA.

De eodem anagramma aritmethicum.

2125.
PATER DOMINVS PETRVS ANTONIVS TORNAMIRA.

ILLE HIC PROFERT DE THESAVRO SVO NOVA, ET VETERA. 2125.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Ad R. P. D. Benedictum Ricinum Calaciensem Decanum, ac S. T. D.

PATER DOMINVS BENEDICTVS RICINVS DE MVTINA.

Distichon, cuius Hexametrum est anagram. litter.

TV DECVS IN SVMMIS, VBI DAT DOCTRINA PERENNE.

Argutos (mirum) muta parit Mutina.

IL PADRE DON BENEDETTO RICINO.

Anagramma.

CEDO LA PENNA LIBERO DI DOTTRINE.

Ad

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Ad R. P. Dn. Epiphanium è Parma Decanum Casinensem Sb. T. D. & concionandi facultate præstantissimum.

PATER DOMINVS EPIPHANIVS è PARMA.

Distichon, cuius Pentametrum est Anagram. Litter.

Quid tu non superes mortalia pectora, dicens?
APPRIME SVPERAS NVMINA DOTE PIA.

De Patre Reu. adm. Dominico Ottolino Societatis Iesu, doctrina, & prudentia ornatissimo, dum Rector destinatus ad Lauretanum Collegium pergeret.

PATER DOMINICVS OTTOLINVS.

Anagramma.

IN NOTIS LAVRVM DOTE POSCIT.

Distichon.

IN Claris LAVRVM iste NOTIS pro DOTE rePOSCIT.
Laureti hinc Rector limina doctus adit.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Ad Reuer. adm. P. P. F. Bernardum de Lapis Carmelitam excalceatum, prudentia, morum candore, & litterarum scientia conspicuum.

BERNARDVS DE LAPIS.

anagramma

PRVDENS DEALBARIS.

Distichon.

Veste DEALBARIS, quia mente Columba notaris.
PRVDENS, ac dulcis, mella colore ferens.

Prudentes sicut serpentes, & simplices sicut Columbæ

Ad R. P. P. Don Augustinum Papasidera Casinensem Decanum S.T.P. & Verbi Dei præconem eruditissimum.

AVGVSTINVS PAPASIDERA.

Anagr.

AGNI VSVI TV DAPES PARAS.

Dist.

VSVI an ipse PARAS AGNI cœlestis amico
Ore DAPES; Palpas sidera, corda mouens.

Ad

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Ad Illust. Dominum D. Franciscum de Haro, & Sarmiento, non minus armorum, ac musarum peritia ornatissimum.

DOMINVS FRANCISCVS DE HARO, ET SARMIENTO.

Dist
Cuius Hexam. est anagramma litter.

CONCORDI MVSÆ FIDENS ORNATVS, ET ARMIS.
Tu simulachrum geris Palladis Arte, Manu.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Ad Reuerend. P. D. Anſelmum à Senis Abbatem Caſinenſem, ac Generalem Præſidem, morum ſuauitate præcipuum; dum Viſitatoris munere fungeretur.

Epigramma, cuius vltimum Hexametrum eſt Anagram. litter. & eius Programma eſt.

PATER DOMINVS ANSELMVS CAMPIONVS A SENIS.

ANSELMVS MEL, SANVS homo re, nomine clares.
Campi-onus an rectè? Campi honor es potius.
Rectè honor, ac onus eſt Mel, quod Florentia prata
Parturiunt; onus; at pondera dulcè lenans,
Mel, ceu quod Ionathæ reddit pia lumina quondam.
Sic Onus, ac Ornans pectora, colla Caput.
MVNDVS CASTOR AMANS, O LVMEN ES IPSE PASINI:
Lumen, dum reddis lumina, nectar Amans.

De

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

De R.P.D.Gabriele à Rubis Casinensi, viro ornatissimo, Scriba Reuer. P. D, Michaelis Angeli à Neapoli.

1175. PATER DOMINVS GABRIEL A RVBIS.

Sapphicum,
Cuius penultimum carmen est Anagramma arithmeticum, & vltimum litterarium.

Nuncius mentis Gabriel Amantis,
1175. Præsulis Scriba est Michaelis (ala,)
O? PRIVS LIMEN GRADIETVR ABBAS;
Altiùs inde;

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

De Monasterio Sancti Ioannis Euangelistæ de Parma Monasticæ obseruantiæ, & virtutum omnium exercitatione præstantissimo.

MONASTERIVM SANCTI IOANNIS EVANGELISTÆ.

Distichon.
Cuius Hexametrum est Anagramma.

INVENTA O SANè IN TE GLORIA SVMMA CASINI EST.
Tu Parmæ (Palmæ) grandia sceptra geris.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

De Reu. P. Philippo Santino Societatis Iesu, qui ad Vrbem Salem Fidelem cognominatam concionandi gratia per Quadragesimam à suis Superioribus destinatus; Puppis veluti Sale (Dei Sapientia) referta ab industrijs Regni negotiatoribus.

Nauclerus Vrbis speculatorem alloquitur.

PHILIPPVS SANTINO.

Anagramma.

IN PVPPI SAL; NOSTI?

Distichon.

SAL; NOSTI, IN PVPPI; quod condit mente Fideles
Sal emet Vrbs Fida; & cor dabit in pretium.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

De R. P. D. Alphonso Ingonio Mutinensi Abbate Casinensi, in senectute prudentia non minùs, quàm religiosa conuersatione præstanti.

PATER DOMNVS ALPHONSVS INGONIVS è MVTINA.

Distichon, cuius Hexametrum est Anagr.

IN MVNDO SANO IS PVRVS PATET ANGELVS OMNI.

In mundo insano nescius, atque puer.

Res-

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Respublica Ragusea de seipsa sic fatur.
Anagram.

R A G V S I V M.

Anagramma.

SVM VIRGA;
ARGVIMVS.

Distichon.

Parua licet gyro, Imperium; (SVM VIRGA) requiro.
Munera nostra patent; Ducimus, ARGVIMVS.

Pro coronide Deum inuoco, qui est in omnibus
Initium, & Finis.

Distichon.

Tu qui finis, inis pensos virtute labores;
Sis & in his FINIS; qui ES SINE FINE DEVS.
299. 299.

FINIS.

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Folio	Lineæ	Errata	Corrige.
21	14	Estuat	Æstuat
		Æstuat	Æstuet
24	2	Fortuuam	Fortunam
37	14	Sranè	Suauè
42	vlt.	uamque	namque
43	13	PETRVM	PETRVS
45	vlt.	LVGIA	LVCIA
101	9	Auagram.	Anagram.
103	3	sædulò	sedulò
105	5	Nagnus	Magnus
111	vlt.	Simulachrum	Simulachra
112	15	CASTOR	PASTOR
		PASINI	CASINI

inv. 121668

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Compagnia di Gesù
Provincia Italiana
Fondo librario antico

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

Fondo librario antico dei Gesuiti italiani
www.fondolibrarioantico.it

MISSÆ REDEMPTORIS

librario antico dei Gesuiti
www.fondolibrariaantico